229

Sigismundus Primus Rex Poloniæ Nicolao de Szydłowiec Thesaurario Regni —

Magnifice sincere nobis dilecte — Quando ex Regno discedere debuimus, edo=
=cueramus Sinceritatem tuam, quamdiu solvere de=
=beret Stipendium his militibus, quos ad Russiam conduci fecimus. Et ita, non vi=
=sum fuit opus, istud repetere. Volumus itaque ut Sinceritas tua, solvat Illis ipsum Sti=
=pendium, et in servitio illos manere per=
=mittat, ad medium tertium Quartale an=
=ni, ut est de Constitutione communi. et si necessitas postularet, ut Diutius compu=
=tari, eorum servitium deberet, redderemus dehinc Sinceritatem tuam certiorem, cujus pro=
=fectio, ad occurrendum Publico discrimi=
=ni, non mediocriter grata, et volumus ejus, inter alia Sinceritatis tuæ merita æquam et benignam habere rationem — Datum Vilnæ —